2682

Kulczycki Kulczyckiemu Obligat

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Nobiles Paulus Kulczycki
278 Huseo, et Marina Kulczycka Coniuges lími, sani mentibus et corporibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competentibus, recedendo. Praesenti vero Castren[si] Capitaneali Praemyslien[si] Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis gnaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subiciendo, palam, publice, libere ac per expressum, recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem Consors cum eiusdem mariti sui viri Tutoris Coniugalis personali assistentia, et vltroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Pole orne wszystkiey Andrzeykowizny inter metas ab vna, Waszkowizny et ab altera parte Nobilis Kulczycki Breczka, od graniey Krolewskiey, az gdzie się Braterskie Łany ku gaiz, in bonis villae Kulczyce Terrae et districtu praesen[tis] Praemyslien[sis] iacentia et consisten[tia], cum omni praemissorum Iure, dominio, proprietate, tituloq[ue] obligatorio, omnibusq[ue] et singulis bonorum eorundem vtilitatibus, fructibus, pro

ventibus

proventibus, reditibus, commodis et emolumentis, obuen-
tionibus attinentiisq; et pertinen' generaliter universis.
Nihil ex praemissis Juris, dominy, proprietatis et cuius
uis competentiae et praerogativae pro se Recognoscen'
suisq; successoribus seu quopiam alio reseruando aut ex-
cipiendo. verum ita late, longe et circumferentialiter pro-
ut praefata bona ipsimet Recognoscen' tenuerunt ha-
buerunt et possidebant, ipsosq; concernebant ac iisdem Ju-
mò serviebant. Jam ex nunc et de facto Nobili Hrehorio
Kulczycki Husto filiastro suo germano, eiusq; posteris in
Summa Centum Florenorum Polonicalium, (iam per se Reco-
gnoscen' levata et percepta, de qua praesen' quietantur.)
hinc et ab Actu praesenti ad Festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli per Annum proxime tunc venturum, in-
cidens, et in defectu prohinc bonorum eorundem exemptio-
nis, Summaeq; suprascriptae totalis et integrae indivisaeq;
persolutionis ex tunc ad aliud simile Festum Conversionis
Sancti Pauli Apostoli, post annum tunc proxime venturum
incidens, et sic consequenter, de Anno ad Annum, Festo
ad Festum, Annis et Festis sese continue, et immediate
sequentibus, usq; ad exemptionem bonorum suprascriptorum,
Summaeq; eiusdem totalem et integram indivisamq; perso-
lutionem, obligaverunt, inscripserunt et invadiaverunt.
Prout obligant, inscribunt, et invadiant praesentibus.
In quae quidem bona suprascripta, praemissaq; omnia praesenti-
bus obligata, iidem Recognoscentes Nobiles Pa...

Kulczycki Hasto, et Marina Kulczycka Coniuges licet, præ
fato Nobili Arehonio Kulczycki Hasto filiastro germano et
obligatorio suo, eiusq posteris iam exnunc et defacto coram
officio præsenti dat, et admittit, realem intromissionem et actua
lem pacificamq possessionem, per illum quemcunq competentem, et
Nobiles duos die quacunq voluerit officiose acceptandam. Per
ipsum Nobilem Arehonium Kulczycki obligatorium suum
et illius Succesores, hæc eadem bona suprascripta, præmissaq
omnia præsentibus obligata, et inuadiata cum vniversis
eorundem bonorum vtilitatibus, et vsufructibus, tenendi, haben-
di, et possidendi, illisq quiete et pacifice vti fruendi et ad suos,
suorumq Successorum, quosuis beneplacitos vsus, fructus, libere et
effectualiter conuertendi, modo ac iure obligatorio. Debentq et
tenebuntur memorati Recognoscentes, prout se, ac suos successores,
in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq qui-
buscunq pecuniariis habitis et habendis, prædicto Nobili Arehonio
Kulczycki obligatorio suo, et illius posteris, inscribunt et
obligant præsentibus. Ipsum ac eius posteros in prænomi
natis bonis, præmissisq omnibus per præsentes obligatis, et
inuadiatis, et ratione eorundem omnium, præsentibus inua-
diatorum, ab omni et quauis impetitione iuridica, quarumcunq
personarum, cuiuscunq status, sexus, et conditionis cuius-
uis existentium, exoriunda, et emergenda, in omni Iudicio, et
Officio Regni, semper toties, quoties opus fuerit, tueri defende-
re, euincere, ac eliberare indemnemq eum, cum eius po-
steris facere reddereq. necnon hæc eadem bona, præmissaq
omnia præsentibus inuadiata ab omnibus in genere Iuribus,

Inseruimus

2689

Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super bona præfata modo quovis cuicunq personarum factis, et faciendis, eademq afficien. Tum etiam à quibusvis citationibus, super eadem bona per præsen obligata et inuadiata, modo quovis importatis, et importandis, lucris demq et perlucris, processibusq Juris quibusvis, in quocunq puncto et gradu Juris dependen et in quovis Judicio et officio Regni obten et obtinen ac super præmissis omnibus præsen obligatis, et inuadiatis perductis, et perducendis emundare, et eliberatamq mundaq semper et libera facere redderetq. ac etiam Intromissionem præfatam, coram officio præsenti admissam, in fundo bonorum præfatorum præsentibus obligatorum et inuadiatorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imò debebit et tenebitur eandem dare, et effectualiter admittere, dataq et admissa eadem, possessionem et vsum fructum præmissorum omnium, modo quovis tam per se, quam et per suas submissas et subordinatas personas non præpedire, nec adimere, ipsumq obligatarium suum, et ipsius Successores in præmissis omnibus præsentibus obligatis et inuadiatis nullo modo iniuriari. Ita vt hæc eadem bona, præsentibus inuadiata et obligata, cum omni bonorum eorundem vtilitatibq et vsufructibus, attinentiisq et pertinen generaliter vniuersis, iisidem suprascriptus obligator suus, suis cum successoribus, quiete, et pacifice præsentis inscriptionis donationis vigore tenere, haberem et possidere queat. illisq vti frui possit perpetuis et aeternis temporibus. Idq sub vadio simili aliorum videlicet Centum florenorum Polonicalium per eosdem

2086

Recognoscen, aut eorum Succores, praefato obligatario suo, et illius posteris, ob non completionem praemissorum omnium, et singulorum, tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo quo supra ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa, complenda citati existentes memorati Recognoscen aut eorum Succores, ad instantiam suprascripti Nobilis Hrehorij Kulczycki filiastri et obligatorij sui, aut eius posterorum, ad officium praesens Castren Capitan Praemyslien, extunc id ipsu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, in primo semper citationis Termino tanquam peremptorio stare, ius parere, respondere vadium praetactum luere, inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos succores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium sibi et alios omnes exinde consequen Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, primae iori minorennitate, Succorum legatione intra vel extra Regnum, militari servitio, ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilatione sibi non recipiendo, nullas motiones, appellationes ac eadem prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri bello, conventione que ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo

fugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zielonka Zielonce Roborat 270

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosus Stanislaus Zielonka sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribusq Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Premysliens Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam publice libere ac per expressis recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis gnaliter omnibus, summisq quibusvis pecuniariis hunc habitis et in posterum habendis, Generoso Stanislao Zielonka Patruo suo, inscribit et obligat praesentibus. Scriptum certum manuale per se Recognoscentem, in rem et manus eiusdem Gnosi Stanislai Zielonka Patrui sui, eiusq successorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et data illius, hic Premysliae, die hodierna in Actu contenta, confectum, conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singulis scripti praefati manualis conditionibus punctis, clausulis, articulis vadiis ligamentisq et nexibus generaliter universis eidem supra scripto Gnoso Stanislao Zielonka Patruo suo et eius successoribus